

# Laibacher Diöcesanblatt.

Mr. VI.

Inhalt: 39. Constitutio apost. de Censuris eccl. latae sententiae. — 40. Matri-  
kulirung iubiläarisch vorgenommener kirchl. Functionen. — 41. Anzeigepflicht der Messen-  
stiftungen zur Gebührenbemessung. — 42. Weihungen und Würtheilungen in Betreff der  
Anschauffung kirchlicher Kunstgegenstände. — 43. Armendrittel aus dem Nachlaß eines  
Säcularpriesters. — 44. Collecte anlässlich der Cholera. — 45. Chronik der Diöceſe.

1886.

39.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

## Pii divina providentia Papae IX. Constitutio

qua Ecclesiasticae Censurae latae sententiae limitantur.

(d. d. 12. Oct., promulg. d. 20. Dec. 1869.)

*Pius Episcopus Servus Servorum Dei ad perpetuam rei memoriam.*

Apostolicae Sedis moderationi convenit, quae salubriter veterum canonum auctoritate constituta sunt, sic retinere, ut, si temporum rerumque mutatio quidpiam esse temperandum prudenti dispensatione suadeat, Eadem Apostolica Sedes congruum supremae suae potestatis remedium ac providentiam impendat. Quamobrem cum animo Nostro jampridem revolveremus, ecclesiasticas censuras, quae per modum latae sententiae, ipsoque facto incurriendae, ad incolumitatem ac disciplinam ipsius Ecclesiae tutandam, effrenemque improborum licentiam coercendam et emendandam sancte per singulas aetates indictae ac promulgatae sunt, magnum ad numerum sensim excrevisse; quasdam etiam, temporibus moribusque mutatis, a fine atque causis, ob quas impositae fuerant, vel a pristina utilitate, atque opportunitate excidisse; eamque ob rem non infrequentes oriri sive in iis, quibus animarum cura commissa est, sive in ipsis fidelibus dubietates, anxietates, angoresque conscientiae; Nos ejusmodi incommodis occurtere volentes, plenam earumdem recensionem fieri, Nobisque proponi jussimus, ut diligenti adhibita consideratione, statueremus, quasnam ex illis servare ac retinere oportet, quas vero moderari, aut abrogare congrueret. Ea igitur re-

censione peracta, ac Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus in negotiis Fidei Generalibus Inquisitoribus per universam Christianam Rempublicam deputatis in consilium adscitis, reque diu ac mature perpensa, motu proprio, certa scientia, matura deliberatione Nostra, deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, hac perpetuo valitura Constitutione decernimus, ut ex quibuscumque censuris sive excommunicationis, sive suspensionis, sive interdicti, quae per modum latae sententiae, ipsoque facto incurriendae hactenus impositae sunt, nonnisi illae, quas in hac ipsa Constitutione inserimus, eoque modo, quo inserimus, robur exinde habeant; simul declarantes, easdem non modo ex veterum canonum auctoritate, quatenus cum hac Nostra Constitutione convenient, verum etiam ex hac ipsa Constitutione Nostra, non secus ac si primum editae ab ea fuerint, vim suam prorsus accipere debere.

### I. Excommunicationes latae sententiae speciali modo Romano Pontifici reservatae.

Itaque excommunicationi latae sententiae speciali modo Romano Pontifici reservatae subjacere declaramus:

1. Omnes a christiana fide apostatas, et omnes ac singulos haereticos, quocumque nomine censeantur, et cujuscumque sectae existant, eisque credentes, eorumque receptores, fautores, ac generaliter quoslibet illorum defensores.

2. Omnes et singulos scienter legentes sine auctoritate Sedis Apostolicae libros eorumdem apostatarum et haereticorum haeresim propugnantes, nec non libros cuiusvis auctoris per Apostolicas litteras nominatim prohibitos, eosdemque libros retinentes, imprimentes et quomodolibet defidentes.

3. Schismaticos et eos qui a Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter se subtrahunt, vel recedunt.

4. Omnes et singulos, cujuscumque status, gradus seu conditionis fuerint ab ordinationibus seu mandatis Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad universale futurum Concilium appellantes, nec non eos, quorum auxilio, consilio vel favore appallatum fuerit.

5. Omnes interficiens, mutilantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter in sequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicae Legatos, vel Nuncios, aut eos a suis Dioecesibus, Territorii, Terris, seu Dominiis ejicientes, nec non ea mandantes, vel rata habentes, seu praestantes in eis auxilium, consilium vel favorem.

6. Impedientes directe vel indirecte exercitium jurisdictionis ecclesiasticae sive interni sive externi fori, et ad hoc recurrentes ad forum saeculare ejusque mandata procurantes, edentes, aut auxilium, consilium vel favorem praestantes.

7. Cogentes sive directe, sive indirecte judices laicos ad trahendum ad suum tribunal personas ecclesiasticas praeter canonicas dispositiones: item edentes leges vel decreta contra libertatem aut jura Ecclesiae.

8. Recurrentes ad laicam potestatem ad impediendas litteras vel acta quaelibet a Sede Apostolica, vel ab ejusdem Legatis aut Delegatis quibuscumque profecta eorumque promulgationem vel executionem directe vel indirecte prohibentes, aut eorum causa sive ipsas partes, sive alios laedentes, vel perterrefacientes.

9. Omnes falsarios litterarum Apostolicarum etiam in forma Brevis ac supplicationum gratiam vel justitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. E. R. Vice-Cancellarios seu Gerentes vices eorum aut de mandato Ejusdem Romani Pontificis signatarum: nec non falso publicantes Litteras Apostolicas, etiam in forma Brevis, et etiam falso signantes supplicationes Vice-Cancellarii aut Gerentis vices praedictorum.

10. Absolventes complicem in peccato turpi etiam in mortis articulo, si aliis Sacerdos licet non adprobatus ad confessiones, sine gravi aliqua exoritura infamia et scandalo, possit excipere morientis confessionem.

11. Usurpantes aut sequestrantes jurisdictionem, bona, redditus, ad personas ecclesiasticas ratione suarum Ecclesiarum aut beneficiorum pertinentes.

12. Invadentes, destruentes, detinentes per se vel per alios Civitates, Terras, loca aut jura ad Ecclesiam Romanam pertinentia; vel usurpantes, perturbantes, retinentes supremam jurisdictionem in eis; nec non ad singula praedicta auxilium, consilium, favorem praebentes.

A quibus omnibus excommunicationibus huc usque recensis solutionem Romano Pontifici pro tempore existenti speciali modo reservatam esse et reservari; et pro ea generalem concessionem absolvendi a casibus et censuris, sive excommunicationibus Romano Pontifici reservatis nullo pacto sufficere declaramus, revocatis insuper earumdem respectu quibuscumque indultis concessis sub quavis forma et quibusvis personis etiam Regularibus cujuscumque Ordinis, Congregationis, Societatis et Instituti, etiam speciali mentione dignis et in quavis dignitate constitutis. Absolvere autem praesumentes sine debita facultate, etiam quovis praetextu, excommunicationis vinculo Romano Pontifici reservatae innodatos se sciant, dummodo non agatur de mortis articulo, in quo tamen firma sit quoad absolutos obligatio standi mandatis Ecclesiae, si convaluerint.

## **II. Excommunicationes latae sententiae Romano Pontifici (simpliciter) reservatae.**

Excommunicationi latae sententiae Romano Pontifici reservatae subjacere declaramus:

1. Docentes vel defendantes sive publice, sive privatim propositiones ab Apostolica Sede damnatas sub excommunicationis poena latae sententiae; item docentes vel defendantes tanquam licitam proxim inquirendi a poenitente nomen complicis prouti damnata est a Benedicto XIV. in *Const. Suprema* 7. Julii 1745. *Ubi primum* 2. Junii 1746. *Ad eradicandum* 28. Septembris 1746.

2. Violentas manus, suadente diabolo, injicientes in Clericos, vel utriusque sexus Monachos, exceptis quoad reservationem casibus et personis, de quibus jure vel privilegio permittitur, ut Episcopus aut alius absolvat.

3. Duellum perpetrantes, aut simpliciter ad illud provocantes, vel ipsum acceptantes, et quoslibet complices, vel qualecumque operam aut favorem praebentes, nec non de industria spectantes, illudque permittentes, vel quantum in illis est, non prohibentes, cujuscumque dignitatis sint, etiam regalis vel imperialis.

4. Nomen dantes sectae *Massonicae*, aut *Carbonariae*, aut aliis ejusdem generis sectis, quae contra Ecclesiam vel legitimas potestates seu palam, seu clandestine machinantur, nec non iisdem sectis favorem qualecumque praestantes; earumve occultos coriphaeos ac duces non denunciantes, donec non denunciaverint.

5. Immunitatem asyli ecclesiastici violare juventes, aut ausu temerario violantes.

6. Violantes clausuram Monialium, cujuscumque generis aut conditionis, sexus vel aetatis fuerint, in earum monasteria absque legitima licentia ingrediendo; pariterque eos introducentes vel admittentes, itemque Moniales ab illa exeuntes extra casus a formam a S. Pio V. in *Constit. Decori* praescriptam.

7. Mulieres violantes Regularium virorum clausuram, et Superiores aliosve eas admittentes.

8. Reos simoniae realis in beneficiis quibuscumque, eorumque complices.

9. Reos simoniae confidentialis in beneficiis quibuslibet cujuscumque sint dignitatis.

10. Reos simoniae realis ob ingressum in Religionem.

11. Omnes qui quaestum facientes ex indulgentiis aliisque gratiis spiritualibus excommunicata

tionis censura plectuntur Constitutione S. Pii V. *Quam plenum* 2. Januarii 1554.

12. Colligentes eleemosynas majoris pretii pro missis, et ex iis lucrum captantes, faciendo eas celebrari in locis ubi Missarum stipendia minoris pretii esse solent.

13. Omnes qui excommunicatione mulcantur in Constitutionibus S. Pii V. *Admonet nos* quarto Kalendas Aprilis 1567, Innocentii IX. *Quae ab hac Sede* pridie nonas Novembris 1591, Clementis VIII. *Ad Romani Pontificis curam* 26. Junii 1592 et Alexandri VII. *Inter ceteras* nono Kalendas Novembris 1660 alienationem et infeudationem Civitatum et Locorum S. R. E. respicientibus.

14. Religiosos praesumentes clericis aut laicis extra casum necessitatis Sacramentum extremae unctionis aut Eucharistiae per viaticum ministrare absque Parochi licentia.

15. Extrahentes absque legitima venia reliquias ex Sacris Coemeteriis sive Catacumbis Urbis Romae ejusque territorii, eisque auxilium vel favorem praebentes.

16. Communicantes cum excommunicato nominatim a Papa in crimen criminoso, ei scilicet impendendo auxilium vel favorem.

17. Clericos scienter et sponte communicantes in divinis cum personis a Romano Pontifice nominatim excommunicatis et ipsos in officiis recipientes.

### **III. Excommunicationes latae Sententiae Episcopis sive Ordinariis reservatae.**

Excommunicationi latae sententiae Episcopis sive Ordinariis reservatae subjacere declaramus:

1. Clericos in Sacris constitutos vel Regulares aut Moniales post votum solemne castitatis matrimonium contrahere praesumentes; nec non omnes cum aliqua ex praedictis personis matrimonium contrahere praesumentes.

2. Procurantes abortum, effectu sequuto.

3. Literis apostolicis falsis scienter utentes, vel criminis ea in re cooperantes.

### **IV. Excommunicationes latae sententiae nemini reservatae.**

Excommunicationi latae sententiae nemini reservatae subjacere declaramus:

1. Mandantes seu cogentes tradi Ecclesiasticae sepulturae haereticos notrios aut nominatim excommunicatos vel interdictos.

2. Laedentes aut perterrefacientes Inquisidores, denunciantes, testes, aliosve ministros S. Officii; ejusve Sacri Tribunalis scripturas diripientes, aut comburentes; vel praedictis quibuslibet auxilium, consilium, favorem praestantes.

3. Alienantes et recipere praesumentes bona ecclesiastica absque Beneplacito Apostolico, ad formam Extravagantis *Ambitiosae De Reb. Ecc.* non alienandis.

4. Negligentes sive culpabiliter omittentes denunciare infra mensem Confessarios sive Sacerdotes a quibus sollicitati fuerint ad turpia in quibuslibet casibus expressis a Praedecess. Nostris Gregorio XV. Constit. *Universi* 20. Augusti 1622 et Benedicto XIV. Constit. *Sacramentum poenitentiae* 1. Junii 1741.

Praeter hos hactenus recensitos, eos quoque, quos Sacrosanctum Concilium Tridentinum, sive reservata Summo Pontifici aut Ordinariis absolutione, sive absque ulla reservatione excommunicavit, Nos pariter ita excommunicatos esse declaramus; excepta anathematis poena in Decreto Sess. IV. *De editione et usu Sacrorum Librorum* constituta, cui illos tantum subjacere volumus, qui libros de rebus Sacris tractantes sine Ordinarii approbatione imprimunt, aut imprimi faciunt.

#### **V. Suspensiones latae sententiae Summo Pontifici reservatae.**

1. Suspensionem ipso facto incurrunt a suorum Beneficiorum perceptione ad beneplacitum S. Sedis Capitula et Conventus Ecclesiarum et Monasteriorum aliquique omnes, qui ad illarum seu illorum regimen et administrationem recipiunt Episcopos aliosve Praelatos de praedictis Ecclesiis seu Monasteriis apud eamdem S. Sedem quovis modo provisos, antequam ipsi exhibuerint Litteras apostolicas de sua promotione.

2. Suspensionem per triennium a collatione Ordinum ipso jure incurrunt aliquem Ordinantes absque titulo beneficii, vel patrimonii cum pacto ut ordinatus non petat ab ipsis alimenta.

3. Suspensionem per annum ab ordinum administratione ipso jure incurrunt Ordinantes alienum

subditum etiam sub praetextu beneficii statim conferendi, aut jam collati, sed minime sufficientis, absque ejus Episcopi litteris dimissorialibus, vel etiam subditum proprium, qui alibi tanto tempore moratus sit, ut canonicum impedimentum contrahere ibi potuerit, absque Ordinarii ejus loci litteris testimonialibus.

4. Suspensionem per annum a collatione ordinum ipso jure incurrit, qui excepto casu legitimi privilegii, ordinem Sacrum contulerit absque titulo beneficii vel patrimonii clerico in aliqua Congregatione viventi, in qua solemnis professio non emititur, vel etiam religioso nondum professo.

5. Suspensionem perpetuam ab exercitio ordinum ipso jure incurrunt Religiosi ejecti, extra Religionem degentes.

6. Suspensionem ab Ordine suscepto ipso jure incurrunt, qui eundem ordinem recipere praesumperunt ab excommunicato, vel suspenso, vel interdicto nominatim denunciatis, aut ab haeretico vel schismatico notorio: eum vero qui bona fide a quopiam eorum est ordinatus, exercitium non habere ordinis sic suscepti, donec dispensemetur declaramus.

7. Clerici saeculares exteri ultra quatuor menses in Urbe commorantes ordinati ab alio quam ab ipso suo Ordinario absque licentia Card. Urbis Vicarii, vel absque praevio examine coram eodem peracto, vel etiam a proprio Ordinario posteaquam in praedicto examine rejecti fuerint; nec non clerici pertinentes ad aliquem e sex Episcopatibus suburbicariis, si ordinentur extra suam dioecesim, dimissorialibus sui Ordinarii ad alium directis quam ad Card. Urbis Vicarium; vel non praemissis ante Ordinem Sacrum suscipiendum exercitiis spirituibus per decem dies in domo urbana Sacerdotum a Missione nuncupatorum, suspensionem ab ordinibus sic susceptis ad beneplacitum S. Sedis ipso jure incurrunt: Episcopi vero ordinantes ab usu Pontificalium per annum.

#### **VI. Interdicta latae sententiae reservata.**

1. Interdictum Romano Pontifici speciali modo reservatum ipso jure incurrunt Universitates, Collegia et Capitula, quocumque nomine nuncupentur, ab ordinationibus seu mandatis ejusdem Romani

Pontificis pro tempore existentis ad universale futurum Concilium appellantia.

2. Scienter celebrantes vel celebrari facientes divina in locis ab Ordinario, vel delegato Judice, vel a jure interdictis, aut nominatim excommunicatos ad divina officia, seu ecclesiastica sacramenta, vel ecclesiasticam sepulturam admittentes, interdictum ab ingressu Ecclesiae ipso jure incurunt, donec ad arbitrium ejus cuius sententiam contempserunt, competenter satisfecerint.

Denique quoscumque alias Sacrosanctum Concilium Tridentinum suspensos aut interdictos ipso jure esse decrevit, Nos pari modo suspensioni vel interdicto eosdem obnoxios esse volumus et declaramus.

Quae vero censurae sive excommunicationis, sive suspensionis, sive interdicti Nostris, aut Praedecessorum Nostrorum Constitutionibus, aut sacris canonibus praeter eas, quas recensuimus, latae sunt, atque hactenus in suo vigore perstiterunt sive pro R. Pontificis electione, sive pro interno regimine quorumcumque Ordinum et Institutorum Regularium, nec non quorumcumque Collegiorum, Congregationum, coetuum locorumque piorum cuiuscumque nominis aut generis sint, eas omnes firmas esse, et in suo robore permanere volumus et declaramus.

Ceterum decernimus, in novis quibuscumque concessionibus ac privilegiis, quae ab Apostolica Sede concedi cuivis contigerit, nullo modo ac ratione intelligi unquam debere, aut posse comprehendendi facultatem absolvendi a casibus et censuris quibuslibet Romano Pontifici reservatis, nisi de iis formalis, explicita, ac individua mentio facta fuerit: quae vero privilegia aut facultates, sive a Praedecessoribus Nostris, sive etiam a Nobis cuilibet Coetui, Ordini, Congregationi, Societati, et Instituto, etiam regulari cuiusvis speciei, etsi titulo peculiari praedito, atque etiam speciali mentione digno a quovis unquam tempore hoc usque concessae fuerint, ea omnia, easque omnes Nostra hac Constitutione revocatas, suppressas, et abolitas esse volumus, prout reapse revocamus, supprimimus, et abolemus, minime refragantibus aut obstantibus privilegiis quibuscumque, etiam specialibus, comprehensis, vel

non in corpore juris, aut Apostolicis Constitutionibus, et quavis confirmatione Apostolica, vel immemorabilis etiam consuetudine, aut alia quacumque firmitate roboratis quibuslibet etiam formis ac tenoribus, et cum quibusvis derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, quibus omnibus, quatenus opus sit derogare intendimus et derogamus.

Firmam tamen esse volumus absolvendi facultatem a Tridentina Synodo Episcopis concessam *Sess. XXIV. cap. VI. de reform.* in quibuscumque censuris Apostolicae Sedi hac Nostra Constitutione reservatis, iis tantum exceptis, quas Eadem Apostolicae Sedi speciali modo reservatas declaravimus.

Decernentes has Litteras, atque omnia et singula, quae in eis constituta ac decreta sunt, omnesque et singulas, quae in eisdem factae sunt ex anterioribus Constitutionibus Praedecessorum nostrorum, atque etiam Nostris, aut ex aliis sacris Canonibus quibuscumque, etiam Conciliorum Generalium, et ipsius Tridentini mutationes, derogationes ratas et firmas, ac respective rata atque firma esse et fore, suosque plenarios et integros effectus obtinere; sicque et non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, ac Apostolicae Sedis Nuntios, ac quosvis alios quacumque praeminentia, ac potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, ac definiri debere; et irritum atque inane esse ac fore quidquid super his a quoquam quavis auctoritate, etiam praetextu cuiuslibet privilegii, aut consuetudinis inductae vel inducendae, quam abusum esse declaramus, scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus praemissis, aliisque quibuslibet ordinationibus, constitutionibus, privilegiis, etiam speciali et individua mentione dignis, nec non consuetudinibus quibusvis, etiam immemorabilibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam Nostrae Constitutionis, Ordinationis, limitationis, suppressionis, derogationis, voluntatis in-

fringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum anno incarnationis Dominicæ Millesimo Octingentesimo Sexa-

gesimo Nono, Quarto Idus octobris Pontificatus nostri anno vigesimo quarto.

*Marius, Card. Mattei, Pro-Datarius. — N. Card. Paracciani Clarelli. Visa de Curia Dominicus Bruti.*

Loco + Plumbi.

I. Cugnoni.

#### 40.

### Erlaß des hohen k. k. Ministeriums des Innern vom 10. August 1886, Nr. 7191, betreffend die Matrikulirung der subsidiarisch von einem andern als dem zuständigen Seelsorger an Pfarrlingen vorgenommenen kirchlichen Functionen.

Die k. k. Landesregierung für Krain hat mit Zuschrift vom 16. August 1886, Nr. 8280, an das f. b. Ordinariat wörtlich Nachstehendes eröffnet:

„Infolge der Wahrnehmung, daß bei Civilstandsfällen öfter die kirchliche Function an Pfarrlingen subsidiarisch von einem anderen als dem zuständigen Seelsorger vorgenommen wird, und daß alsdann Zweifel bestehen, wie sich bei der Matrikulirung zu benehmen sei, sowie auch tatsächlich bei derselben ein verschiedener Vorgang beobachtet wird, was die im Allerhöchsten Patente vom 20. Februar 1784 bezweckte „allgemeine Gleichförmigkeit“ und „gesetzähnige Sicherheit“ der Matriken gefährdet, so hat das hohe k. k. Ministerium des Innern im Einvernehmen mit dem hohen k. k. Ministerium für Cultus und Unterricht folgendes zur Darnachachtung anzurufen befunden:

Die Geburten von Kindern, an welchen der Taufact von einem anderen als dem zuständigen Seelsorger vollzogen wird, hat mit Reihezahl der zuständige Seelsorger zu matrikuliren, da der Civilstandsfall in dem seiner Seelsorge und Matrik zugewiesenen Sprengel bei einem solchen Glaubensgenossen eingetreten ist, für welchen er zum Seelsorger und Matrikenführer bestellt ist.

Der den Taufact vollziehende fremde Seelsorger hat einen solchen Fall in sein Geburts- und Taufbuch nur ohne Reihezahl einzutragen und dabei stets zugleich in der Anmerkungsrubrik genau anzudeuten, bei welcher zuständigen Seelsorge die Matrikulirung mit Reihezahl stattfindet, sowie infolge dessen auch die zum betreffenden Civilstandsfälle etwa nachträglich veranlaßten Berichtigungen, Ergänzungen und Vormerkungen zu suchen kommen.

Einen zugleich diese Anmerkung enthaltenden wortgetreuen Auszug seiner ohne Reihezahl vorgenommenen Eintragung hat hierauf der fremde Seelsorger binnen 8 Tagen nach vollzogenem Taufacte entweder unmittelbar oder im Wege der politischen Bezirksbehörde an den zuständigen

Seelsorger — gegen dessen zu verwahrende Empfangsbestätigung — zum Behufe der Matrikulirung mit Reihezahl einzufinden.

Der zuständige Seelsorger hat diese Letztere in seiner Matrik an der nach chronologischer Ordnung gehörenden Stelle und unter ausdrücklicher, in der Anmerkungsrubrik ersichtlich zu machenden Beziehung auf den von der fremden Seelsorge überkommenen Auszug vorzunehmen, welcher Auszug von ihm gehörig aufzubewahren ist.

Bescheinigungen an Parteien über solche Geburtsfälle dürfen nur aus derjenigen Matrik, in welcher gemäß der obigen Anordnung die Eintragung mit Reihezahl stattfindet, vorgenommen werden, und es muß in diesen Bescheinigungen stets auch ersichtlich gemacht werden, von welcher Seelsorge tatsächlich der Taufact gespendet wurde.

Bezüglich der Eheschließungen hat das hohe k. k. Ministerium des Innern auf die Weisungen vom 6. August 1882, B. 16258 (Diözesanblatt de 1882, Nr. XI) in Betreff der Matrikulirung der im Delegationswege erfolgenden Trauungen und vom 14. Oktober 1882, B. 10531 (Diözesanblatt de 1882, Nr. XII), in Betreff der, einer bereits vor einer weltlichen Behörde oder vor dem Seelsorger des anderen Brautheiles stattgehabten Trauung nachfolgenden kirchlichen Acte erinnert.

Bei Todesfällen ist weiters, wenn eine fremde Seelsorge beim Begräbnisse subsidiarisch intervenirt hat, von dieser dem zuständigen Pfarramte des Verstorbenen binnen 8 Tagen die entsprechende Mittheilung zu machen; im Uebrigen sich nach den Anleitungen zu benehmen, welche mit dem erstbezogenen hohen Ministerialerlaß vom 6. August 1882, B. 16258 (Diözesanblatt de 1882, Nr. XI) für die Matrikulirung bei Fällen der Beerdigung in einem anderen Seelsorge- beziehungsweise Matrikenbezirke und vom 16. August 1883 (Diözesanblatt de 1883 Nr. XI) für die

Fälle der Beerdigung evangelischer Glaubensgenossen auf katholischen Friedhöfen gegeben worden sind; und es hat somit die Matrikulirung mit Reihezahl ebenfalls nur die zuständige, d. i. jene Seelsorge vorzunehmen, in deren

Matrikenbezirke und bei deren Glaubensgenossen sich der Todesfall ereignet hat."

Hievon werden die hochw. Herren Matrikelführer zur Darachtung hiemit in die Kenntniß gesetzt.

## 41.

### Anzeigepflicht der Messenstiftungen zur Gebührenbemessung.

Die k. k. Landesregierung für Krain hat mit Zuschrift vom 30. Juli 1886, Nr. 5635, Nachstehendes anhermitgetheilt:

Die k. k. Finanzdirection hat laut Mittheilung vom 5. Oktober 1885, B. 10048, die Wahrnehmung gemacht, daß Messenstiftungsurkunden bei ihrer Errichtung von den Pfarräntern in vielen Fällen nicht zur Gebührenbemessung angemeldet werden, wodurch einerseits manche solche Stiftung der Gebührenbemessung gänzlich entgeht, andere erst nach Jahren, wenn sie zufällig zur Kenntniß der Bemessungsbehörde gelangen, der Vergebührung unterzogen werden müssen.

Sei es nun, daß sich die Messen- und sonstigen Stiftungen überhaupt, auf eine lehrtwillige Verfügung oder auf eine Verfügung unter Lebenden gründen, so unterliegen dieselben in beiden Fällen der Prozentualgebühr im 8proc. Ausmaße nebst 25proc. Zuschlag von dem der Stiftung gewidmeten Vermögen, und zwar im ersten Falle als Vermögensübertragungen von Todeswegen nach Tarifpost 106 B lit. a, im letzteren Falle als Schenkungen nach Tarifpost 91 B 3 des Gesetzes vom 9. Februar 1850, Nr. 50 R. G. Bl. Während nun die ersten in der Regel zur Gebührenentrichtung gelangen, da von denselben die entfallende Gebühr auf Grund der Verlaßnachweisung bemessen und auch entweder von den Erben des Stifters oder von der

Stiftungsverwaltung eingehoben wird, entgehen die Stiftungen der letzteren Art nicht selten der Gebührenbemessung aus dem Grunde, weil, wie bereits erwähnt wurde, die zur Anzeige verpflichteten Pfarrämter es unterlassen, die von der politischen Landesstelle genehmigten Stiftungen zur Gebührenbemessung anzumelden."

Da im Falle der Unterlassung der Anzeige einer Messenstiftungserrichtung bei dem zur Gebührenbemessung bestimmten Amte binnen des gesetzlich bestimmten Zeitraumes, zufolge Bestimmung des §. 80 des Gebührengesetzes das Doppelte des vorschriftsmäßig entfallenden Gebührenbetrages ohne Einleitung eines Strafverfahrens zu leisten ist, so werden die Pfarrämter hiemit angewiesen, Messenstiftungserrichtungen beim betreffenden Amte innerhalb 8 Tagen nach der Errichtung des Stiftbriefes unter Vorlage desselben in Originali oder in gerichtlich vidimirter Abschrift anzuzeigen.

Es wird noch beigefügt, daß jene Stiftungen über bewegliches Stiftungsvermögen von der Anzeigepflicht ausgenommen sind, bei welchen die Gebühr an sich (ohne 25proc. Zuschlag) den Betrag von 20 fl. nicht übersteigt, da bei solchen Stiftungen die Gebühr mittelst Stempelmarken in der Art zu entrichten ist, daß die Stempelmarken auf dem nach dem genehmigten Entwurf auszufertigenden Stiftbriefe, als der diesbezüglichen Rechtsurkunde der Stiftung befestigt und vorschriftsmäßig überschrieben werden.

## 42.

### Weisungen und Mittheilungen in Betreff der Anschaffung kirchlicher Kunstgegenstände.

Seine Excellenz der Herr Minister für Cultus und Unterricht hat unter Hinweis auf die im nächsten Frühjahr im österr. Museum für Kunst und Industrie in Wien stattfindende Ausstellung von Gegenständen kirchlicher Kunst an die Mitglieder des österr. Episcopates unterm 23. Juli 1886 nachstehendes Schreiben gerichtet:

„Ich beeöhre mich, die geneigte Aufmerksamkeit Ew. . . auf eine Angelegenheit zu lenken, welche gleichwichtig für die kirchlichen Interessen, für die Pflege der Kunst in Österreich, wie für das Gedeihen unserer heimatlichen Industrie, in vollem Maße die werthätige Unterstützung aller interessirten Factoren verdient.

Es ist Ew. . . . bekannt, daß die österreichische Kunstindustrie zum großen Theile infolge der seitens des Staates unternommenen systematischen Maßnahmen in den letzten fünfzehn Jahren einen erfreulichen Aufschwung genommen hat, so daß dieselbe heute auf den meisten Gebieten den ausländischen Industrien als vollkommen ebenbürtig angesehen werden kann, während sie in manchen Zweigen sich der ausländischen Production selbst als qualitativ überlegen erweist. Ich brauche Ew. . . . gegenüber nicht näher auszuführen, welch' großen Bedarf an Erzeugnissen der Kunst und Kunstindustrie gerade die Kirche und der kirchliche Dienst erfordert. Theils handelt es sich um die Erhaltung und Ausbesserung vorhandener Kircheneinrichtungen und Geräthe, theils um die Anschaffung oder Widmung neuer Gegenstände. Die gesammte innere Ausstattung der Gotteshäuser und der dem kirchlichen Dienste sonst gewidmeten Räume, die Altäre, Schränke, Stühle, die gewebten und gestickten Paramente, die Geräthe und Gefäße in edlen und unedlen Metallen, der figürliche und ornamentale, plastische und malerische Schmuck, die Verzierung der Fenster und Wände, alles dies sind Objecte des Kunstgewerbes in seiner schönsten Entfaltung.

Trotzdem nun die heimathliche Industrie in der Lage wäre, quantitativ und qualitativ den meisten Anforderungen auf diesem Gebiete zu entsprechen, so mußte doch die Wahrnehmung gemacht werden, daß der Bedarf an kirchlichen Einrichtungsgegenständen der erwähnten Gattung auch heute noch vielfach, wenn nicht zum größten Theile aus dem Auslande gedeckt wird, wobei mitunter unzweifelhaft inferiore Fabriksware in Verwendung kommt.

Ich bin überzeugt, Ew. . . . werden mir zustimmen, wenn ich es für eine patriotische Pflicht erkläre, diesem

zweifellosen Uebelstande nach Thunlichkeit abzuheben. Die Organe der Kirche sind in der Lage, durch ein eimüthiges und consequentes Handeln in dieser Hinsicht Bedeutendes zu leisten, und der heimatlichen Kunstindustrie neuen und kräftigen Aufschwung zu geben.

Ich glaube daher an Ew. . . . das angelegentliche Erfuchen richten zu dürfen, innerhalb Ihres Wirkungskreises gütigst darauf Einfluß nehmen zu wollen, daß sowohl bei Restaurirungsarbeiten an und in kirchlichen Gebäuden und Räumen, wie auch bei Bestellung und Anschaffung von Objecten der inneren kirchlichen Einrichtung, stets in erster Linie die österreichische Industrie berücksichtigt werde. Ich beeöhre mich hiezu noch zu bemerken, daß, falls von irgend einer Seite Zweifel aufgeworfen werden sollten, wo und bei wem etwaige Bestellungen und Anschaffungen zu effectuiren wären, die Direction des österreichischen Museums für Kunst und Industrie in Wien stets bereit sein wird, die genauesten und zuverlässigsten Auskünfte zu ertheilen.

Schließlich erlaube ich mir Ew. . . . darauf aufmerksam zu machen, daß im nächsten Frühjahr am österreichischen Museum für Kunst und Industrie in Wien eine Ausstellung von Gegenständen der kirchlichen Kunst stattfinden wird. Es ist zu erwarten, daß durch diese Ausstellung, welche sowohl alte als moderne mustergültige Erzeugnisse aufzunehmen bestimmt ist, der Sinn und das Interesse für die kirchliche Kunst neu belebt werde. Mit Rücksicht auf dieses Endziel erlaube ich mir die höfliche Bitte zu stellen, soweit als möglich die Beteiligung an der erwähnten Ausstellung fördern zu wollen."

### 43.

## Das Armendrittel aus dem Nachlasse eines Säcularpriesters.

(Aus der österr. Zeitschrift für Verwaltung.)

Das Armendrittel aus dem Nachlasse eines Säculargeistlichen gebürtigt seinen armen Intestaterben auch in dem Falle, wenn der Erblasser an keiner Kirche bleibend angestellt war. (Hofkanzleidecreet vom 18. Juli 1772.) Laut Todtenschein ddo. 10. April 1884 starb am 22. August 1883 in M. der aus S. gebürtige Priester Cyril B.

Laut der gepflogenen Verlassenschaftsabhandlung hinterließ derselbe ein Vermögen von 6998 fl. 38 fr. Der Verstorbene war Administrator des Privatbenefiziums in M. und hatte kein Testament hinterlassen.

Die zur Erbschaft berufenen Verwandten, nämlich dessen Bruder Victor B., derzeit seit dem Jahre 1880 in Brasilien, und seine Schwester verwitwete Dominika v. S., geborene B., beanspruchten, da sie arm seien, daß ihnen auch das Drittel der Erbschaft, welches dem Armenfonde zukommen sollte, zugesprochen werde.

Sie begründeten ihre Bitte damit, daß laut einer Bischöflichen Ordinariatsurkunde in T. an das Bezirksgericht der Verstorbene zur zweiten Classe der in der Hofkanzleiverordnung vom 17. September 1807 (a. P. G. S. Nr. 37, Seite 98; J. G. S. Nr. 828; Tiroler

Pr. G. S. 1816, Nr. 59, Seite 731), d. i. zu den vom Consistorium, wenn auch mit Decret, jedoch ad nutum amovibiles an eine Kirche abgeordneten Priester gehörte, daher nur ein Drittel der Erbschaft den Armen, zwei Dritteln hingegen den Verwandten zufallen.

Die von der Bezirkshauptmannschaft einvernommene Congregazione di Carità in S. als Vertreter des dortigen Armenfondes beanspruchte das Drittel der Erbschaft für den Armenfond, da ohnedem im vorliegenden Falle die Verwandten mit zwei Dritttheilen bedacht würden und dieselben nicht die ganze Erbschaft erhalten können. Das Armandrittel gebühre den armen Verwandten nur dann, wenn die Kirche mit einem Drittheile bedacht wird, was vorliegenden Falles nicht stattfindet. Der Anteil von zwei Dritttheilen der Verlassenschaft sei überhaupt das Maximum, welches die Verwandten nach den bestehenden Vorschriften über die Intestaterbsfolge bei Geistlichen ansprechen können.

Das fürstbischöfliche Ordinariat äußerte sich in seiner Bischöfsschrift vom 4. Juni 1884, Z. 1650, über das Gesuch dahin, daß, da die Verwandten schon mit zwei Dritttheilen begünstigt sind, sie nicht mehr das dritte, den Armen zugedachte Drittel beanspruchen könnten. Es sei dies auch darin begründet, daß für den Fall, als die Kirche auch mit einem Drittel an der Erbschaft eines ohne Testament verstorbenen Priesters teilnimmt, den Verwandten nie mehr als zwei Dritteln zugesprochen werden können.

Die Bezirkshauptmannschaft fällte sohin unterm 10. Juni 1884, Z. 2498, folgende Entscheidung: Das von Cyrillus B., Administrator des Priorates und Priorsubstitut in M., hinterlassene Vermögen habe mit zwei Dritttheilen seinen Verwandten oder gesetzlichen Erben und mit einem Dritttheile dem Armenfonde in S., beziehungsweise der dortigen Congregazione di Carità zuzufallen.

Ueber den gegen diese Entscheidung eingebrachten Recurs der Erben gab die Statthalterei mit Erlaß vom 3. Juli 1884, Z. 4957, dem Recurse keine Folge, da nachgewiesen und auch zugegeben ist, daß Cyrillus B. zur zweiten Classe der im Hofdecrete vom 17. Dezember 1807 in Betracht gezogenen Priester gehörte, welches Hofdecreet als einzige maßgebende Norm vorliegendenfalls anzusehen ist, und im Sinne dieser Norm bei Geistlichen der zweiten Classe das dem Armenfonde zufallende Drittel den Verwandten nicht zugesprochen werden könne.

In dem dagegen ergriffenen Ministerialrecurso beharren die Erben darauf, daß auch im jetzigen Falle das dritte Drittel den Verwandten zuzusprechen sei, und zwar, weil sie nach dem voraussichtlichen Willen des Verstorbenen den anderen Armen vorziehen seien. Das Hofdecreet vom 18. Juli 1772 bestimmt, daß das Armandrittel den Verwandten des Verstorbenen zukomme, wenn diese arm sind und schließe fremde Arme ganz aus. Diese Bestimmung sei nicht widerrufen worden.

Das k. k. Min. des Innern hat am 8. Juli 1885, sub Z. 19.676 vom Jahre 1884, nachstehende Entscheidung gefällt:

„Das Ministerium findet über den Recurs des Victor B. und der Dominika verwitweten S., geborenen B. unter Behebung der Entscheidungen beider Instanzen auszusprechen, daß im vorliegenden Falle den Verwandten des verstorbenen Geistlichen Cyrillus B. im Falle des Vorhandenseins der gesetzlichen Bedingung der wirklichen Armut allerdings der Anspruch auf das sogenannte Armandrittel in jenem Ausmaße zukommt, in welchem denselben aus diesem Drittel der Verlassenschaft nach der gemeinen gesetzlichen Erbsfolge ihr Anteil zugefallen wäre.

Ueber den concreten Anspruch der beiden Recurrenten ist nenerlich instanzmäßig zu entscheiden.

Dieser Auspruch ist in der Erwägung begründet, daß das die Intestaterbsfolge in den Nachlaß der Geistlichen regelnde Hofdecreet vom 18. Juli 1772 (tirol. Pr. G. S. 1816, 3. Theil, Nr. 69) keine Unterscheidung zwischenden bei einer Kirche bleibend angestellten und den sonstigen Säculargeistlichen aufstellt, welche Unterscheidung erst durch das Hofkanzleidecreet vom 17. Sept. 1807 (P. G. S. Nr. 37) gemacht wurde.

Daraus aber, daß dieses letztere Decret bei der Intestatverlassenschaft von Geistlichen, welche bei keiner Kirche jemals bleibend angestellt waren, zwei Dritttheile den Verwandten zuspricht und bei der Normirung solcher Fälle von der eventuellen Zuwendung des Armandrittels an die nach der obigen Normalvorschrift vom Jahre 1772 unter der dort vorgesehenen Bedingung zur Theilnahme an diesem letzteren Drittel zugelassenen armen Verwandten keine ausdrückliche Erwähnung macht, kann nicht gefolgert werden, daß damit die oben erwähnte grundsätzliche, auf alle Fälle der Intestaterbsfolge des Säcularclerus anzuwendende Vorschrift abgeändert worden sei, zumal das Hofkanzleidecreet vom Jahre 1807 vorzüglich nur zu dem Zwecke erlassen wurde, um die Frage, wer eigentlich bei einer Kirche angestellt zu betrachten sei, zu entscheiden, welche Frage durch das vorhergegangene Hofdecreet vom 21. Februar 1792 (J. G. S. Nr. 259) und durch das nachgefolgte Hofkanzleidecreet vom 17. October 1799 (P. G. S. Nr. 72) nicht ausreichend gelöst worden war.

Es ist daher kein Grund vorhanden, die armen Verwandten des Erblassers zur Theilnahme an dem gesetzlichen Armandrittel nur dann zuzulassen, wenn der Letztere an einer Kirche bleibend angestellt worden war, sie hingegen im entgegengesetzten Falle von dieser Theilnahme auszuschließen; vielmehr muß als im Gesetze begründet erkannt werden, daß in beiden Fällen der Anspruch der armen Verwandten unter der Voraussetzung des Vorhandenseins der gesetzlichen Bedingungen entsprechend zu berücksichtigen sei.

Das Ausmaß dieses Anspruches bestimmt weiters das Hofkanzleidecreet vom 16. September 1824 (P. G. S. Nr. 119, tirol. Pr. G. S. Bd. 11, Nr. 168).“

44.

### Collecte anlässlich der Cholera.

Um von Gott dem Herrn Hilfe gegen die drohende Choleragefahr zu erbitten, ist statt der bisherigen Collecte bis auf Weiteres jene sub Nr. 12 (pro quacunque necessitate) zu nehmen.

45.

### Chronik der Diöcese.

Herr Johann Kaplenek, Pfarrer in Bloke, wurde zum fürstbischöflichen geistlichen Rathe ernannt.

Herr Johann Molj, Pfarrcooperator in Smlednik, wurde auf die ihm verliehene Pfarre Fužine, im Decanate Radmannsdorf, am 6. August 1886 canonisch investirt.

Dem Herrn Michael Lavtičar, Pfarrcooperator in Sodražica, wurde die Pfarre Rob verliehen.

Herr Michael Koželj, Pfarrcooperator in Košana, wurde als Ortscurat in Podkraj angestellt.

Berichtet wurden folgende Herren, als: Jaklič Anton, Pfarrcooperator in Metlika, als solcher nach Vinica; Rihar Franz, Pfarrcooperator in Škofja Loka, als solcher nach Ternovo in Ljubljana; Erzar Mathias, Pfarrcooperator in Cerkle, als solcher nach Škofja Loka; Rome Josef, Pfarrcooperator zu St. Michael bei Rudolfswerth, als solcher nach St. Cantian bei Gutenwerth; Bolta Johann, Pfarrcooperator in Fara bei Kostel, als solcher nach St. Michael bei Rudolfswerth; Porenta Jakob, Pfarrcooperator zu Mitterdorf bei Gottschee, als solcher nach Dol; Nagode Johann, Pfarrcooperator in Doberniče, als solcher nach St. Barthlmä; Žitnik Ignaz, Pfarrcooperator in St. Barthlmä, als solcher nach Doberniče; Koritnik Jakob, Pfarrcooperator in Ternovo, als solcher nach Stari Trg pri Ložu; Ogrin Peter, Pfarrcooperator in Bloke, als 1. Cooperator nach Ternovo; Bevc Johann, Pfarrcooperator in Lašče, als solcher nach Bloke; Dobnikar Johann, Pfarrcooperator in Unter-Idria, als solcher nach Lašče; Lesjak Anton, Pfarrcooperator in Trebelno, als solcher nach Zagorje; Zorec Franz, Pfarrcooperator in Zagorje, als solcher nach Trebelno; Krek Franz, Pfarrcooperator in Žiri, als solcher nach Košana; Lavrič Josef, Pfarrcooperator in Planina, als solcher nach Žiri; Kljun Matthäus, Pfarrcooperator in Zeleznike, als Expositus nach Begunje bei Cirknica.

Neuangestellt wurden folgende Herren, als: Pavlič Johann, Alumnus-Presbyter, als Pfarrcooperator in Metlika; Kačar Johann, Neopresbyter, als Pfarrcooperator in Planina; Kramarič Josef, Alumnus-Presbyter, als Pfarrcooperator in Fara bei Kostel; Kos Josef, Alumnus-Presbyter, als Pfarrcooperator zu Mitterdorf bei Gottschee; Kunauer Johann, Alumnus-Presbyter, als Pfarrcooperator in Sodražica; Šuštersič Franz, Neopresbyter, als Pfarrcooperator in Smlednik; Zupančič Johann, Neopresbyter, als Pfarrcooperator in Cerkle; Mali Anton, Alumnus-Presbyter, als Pfarrcooperator in Unter-Idria und Hudovernik Johann, Defizientenpriester, als Pfarrcooperator in Studenc.

In den Diözesan-Clerus und das Clericalseminar wurden neu aufgenommen: Franz Birk aus Jarše, Johann Bartelme aus Klindorf bei Gottschee, Johann Bezeljak aus Črni Vrh ob Idria, Franz Ferjančič aus Goče bei Vipava, Franz Fik aus Škofja Loka, Mathias Komzák aus Neu-Oeting (Diöcese Budweis), Wenzeslaus Martan aus Vodnan in Böhmen, Martin Nemančić aus Metlika, Mathias Novak aus Gradae, Anton Pfajfar aus Selce, Franz Rajčevič aus Trata bei Poljane, Johann Rehoř aus Pisek in Böhmen, Franz Šiffner aus Borovnica, Ludwig Šiffner aus Ljubljana, Johann Šiška aus Hrastje, Simon Šmitek aus Kropa, Johann Soukup aus Pisek in Böhmen, Johann Zakrajšek aus Bloke, Anton Žnidarič aus Dobrepolje, Wenzeslaus Vondrašek aus Burgholz in Böhmen, Vincenz Vidergar aus Moravče, Ferdinand Čekal aus Votranban in Böhmen. Josef Dvořák aus Klokoč bei Tabor in Böhmen.

Gestorben sind: der P. T. hochw. Herr Dompropst in Laibach, Josef Zupan, am 29. August, und Herr Johann Rekar, Diizeszentenpriester der Triester Diöcese, in Laibach am 20. August 1886. — Dieselben werden dem Gebete des hochw. Diözesan-Clerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 29. August 1886.